

1183 enim Dei usque ad ipsam suam egritudinem inpreluisse,
 alacriter et fortiter sive domi Syloe, sive Lönereic aut ubicumque
 predicavit ^{et} fuisset omnibus dominicis et celebribus diebus in
 hoc beatum Augustinum¹, quem similem fecit Dominus
 in gloria sanctorum. Porro de lectione hoc solum adhuc
 addo, quod ex quo eum agnovi, semper studere vidi quam
 maxime in canonibus evangeliorum, hoc est in libro, qui
 dicitur De quatuor unum, insuper et libros sancti Ber-
 nardi Claverallensis abbatis frequenti lectionis usitabat.
 Ex his et huiusmodi ortis colligebat flores morum, spicas
 bonorum operum, herbas salubres, inimicas serpentibus,
 spirantes odorem vite et discipline. Jam vero de disciplina
 eius quid dicam, in quo solum disciplinatum, solum in-
 signe virtutis et forma perfectionis? Sed ut taceam de
 interiore homine, cuius pulchritudinem et fortitudinem
 mores ipsius et vita locuntur, suum exteriorem gessit
 uno modo et ipso detentissimo, ita ut nemo in eo reperi-
 ret, quod reprehendere posset. Immo quid non edificans in
 eius incessu, aspectu, habitu, vultu? Etenim qui non pec-
 cavit in verbo, hic perfectus est vir. Sed quis umquam au-
 divit ab ore ipsius verbum ociosum sive nutum, etiam si
 diligenter adverteres? Quis umquam vidit vel manum
 frustra moventem? Proinde fuit omnino serius, sed non
 austerius; remissus interdum, numquam dissolutus,
 quietus aliquando, numquam ociosus. A die primo

1) Bp. Poss. Vita S. Augustini, Cap. V ff. vii, Mug. 32, 37 ff.

predicavit ^{et} fuisset
 Bp. Poss.

nostrum in lectione
 zu Lönereic

fol. 92 p. 46

folgt ein Brief (b?)
 von P

Jac. 3, 2